subtraxisse ciborum habundantiam uideatur
Nihil prodest totum diem longum duxisse
ieiunium si postea ciborum suauitate uel
nimietate obruetur illis amens repleatea
torpescit et impinguata corporis nostri terra
spinas libidinum germinauit Si ergo tempore
potaris cibis et numquam nimium uenter expleatur
et plus semper de cibo cordis quam de cibo corporis
cogitemus Quia maius in homine interiore
facti sumus ad imaginem dei in carne uero de limo
terrae formati sumus Videte fratres sicut anime
ut caro de terra facta interdum in die capi
at cibum et anima in qua imaginem dei est uix
uel post plures dies accipiat diuinum uerbum Cum
tamen expediat nobis ut amplius dei imaginem
in nobis quam nostram carnem honorare de
beamus Qui enim de sola carne cogitant bes
tiis et pecoribus similes sunt et qui ita agunt

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_220/0091